

VVERNHERVS

ROLEVVINCK CARTHVSIANVS.



V Vernherus Roleuwinck de Laer patria
Vuestphalus Carthusianorum ordinem af-
sumpsit, & in eo inde sinenter orationi & libris in-
cubuit. scripsit is opus grande super omnes Epi-
stolas Pauli, quod Doctrinam Pauli uocauit, in li-
bros quatuordecim distinctum. de Vita quoque
sancti Pauli libros septem. Fasciculum tempo-
rū lib. i. de Studio Theologiæ, de Regimine prin-
cipum, de Sacramento Eucharistia, & Paradi-
sum conscientiæ, cum multis alijs, quorum ali-
qua postea hinc inde typis sunt euulgata. quan-
quam in Fasciculo nomen authoris additum non
fuerit. Itaque is suis uigilijs effecit, ut eius memo-
ria cum laude ad posteros transmissa fuerit. Gess. in Bibliotheca.